

Summos magisterij  
honores quos ...  
decanus ... dn.  
Michael Gyllenstålpe  
u. ...

Wexionius, Olaus Olai,

*1 Ic Fol. Okat.*



National Library  
of Sweden

# Summos Magisterij Honores

Quos

Dirigente Sacro-Sanctâ Triade

Magnifico Rectore;

*Plurimum Reverendo & Excellentissimo VIRO,*

DN. M. GEORGIO ALANO, S. S. Theol.

Prof. Primario. ut & utriusq. Eccl. sive Abcensis & Num-  
mensis Pastore vigilantissimo.

Facultatis Philosophicæ Spectabilis Decanus

*Nobilissimus & Consultissimus VIR,*

DN. MICHAEL GYLLENSTRÄLPER

U. J. & Phil. Doctor. LL. gum Phil. Pract. & Hist. Profefs.

Publ. Celeberrimus

*In Illustri CHRISTINEA Aboënsi Universitate s. Non:*

*Maj Anno Æra Christiana 1653*

In Solenni promotione Legitimè contulit

*VIRO Venerabili ac Eruditissimo,*

Dn. Nicolao Lindormi,

SCHOLÆ HELSINGFORSENSIS Rectori industrio.

Pariter ac

*Præstantissimo ac Humanissimo Iuveni*

Dn. Jonæ L. Lacusinio,


Calmariâ Smolando.

*Hiscæ votivis acclamationibus ex merito & officio pro-  
sequi voluerunt Sympatriotæ & Amici.*

A B O Æ,

*Excusi Typis Acad. apud Viduam Petri Wald. An. 1653.*





**Q**ua meruit pridem capit, en, Lindormius ampla  
 Jura Magisterij, sic Themis alma jubet.  
 Et pariter septum **LACUSINIUS** intrat honoris  
 In Sophia summum laurea sarta gerens,  
 Grator utriq; Gradum magnus quem confert Apollo,  
 Et precor ut placeat qui regit astra **DEO!**

Non tam ornato carmine quàm affectu calido & sincero novis Magistris  
 summos in philosophia honores ita occupatissimus gratulabar

**OLAUS WEXIONIUS**

*Viro Reverendo & praclara eruditionis,*

**Dn. M. Nicolao Lindormi,**

*SMolando, Helsingforsensis Scholæ Rectori impigerrimo.*

**P**ràmia quæ confert Phoebus condigna laborum,  
 Accipe sublimem, Vir bene docte, gradum.  
 Es clarus victorq; ingens verè es **NICOLAUS:**  
 Ut porrò vincas ardua quæq; precor!

*Ad Præstantiss: atq; eruditissimum Juvenem.*

**Dn. M. Jonam Lacusinium,**

**GRATULATIO:**

**S**anè est quod grater tibi mi doctissime **IONA,**  
 Qui scandis faustè, **LACUSINI,** culmen honoris.  
 Hoc felix reddat, qui habitat super **Æthera IOVA,**  
 Tuq; ut cælesti perges: Et tua fama vigebit!

Honoris ac amoris, nec non singularis amicitiz, Ergò,  
 gratulabundus appòsiur.

**GABRIEL M. GyllenStålpe.**

Jam





Adfuit: Ingenio pallas donaverat acri  
 Judicium doctrina dedit. Quid defuit ergo?  
 Ausibus obstiterat validis, sed victa penia,  
 Extulit undoso pelago firmavit J O N A M.  
 Psalle gravis Domino qui fata secunda regebat,  
 Hinc abis usq; lares perdocte Magister J O N A  
 Ad patrios lætus, reditu lætantur & illi  
 Crede tuo: Charùm revirescunt corda parentum.  
 I precor auspicio felici & dicito salve,  
 Communi patriæ. Pylades venerande VALETO.  
Hæc, honoris & amoris ergò gratulabundus cecinit  
 Olaus Both, VVallenius Calm: Smølandus.

**M**agna est Philosophiæ dignitas, maxima uti-  
 litas. Universum enim & aspectabile hoc mundi  
 theatrum ei objicitur. Res omnes considerando illarum  
 comprehendimus egregiam conformationem & har-  
 moniam, indeq; in earundem admirationem etiam in-  
 viti rapimur. Equis igitur est, qui rerum investigan-  
 do veritatem non intelligat esse summum verum, cui om-  
 nis in creaturis contenta perfectio eminentissimo mo-  
 do sit vindicanda, quod summo honore, summo amore  
 perfectaq; obedientia colendum eo ipso innotescit. So-  
 cietates deniq; publicæ & privatæ nos admonent de ha-  
 bitibus excolendis practicis, actiones nostras dirigenti-  
 bus, quibus mentem Deo quam simillimam conforma-  
 mus, verum quò major philosophiæ præstantia eò major  
 labore & assiduitate comparatur. Æqualitatem quip-  
 pe servat natura. Nec ignavis sua largitur bona. Quo-  
 circa honore dignissimi judicantur illi, qui labores forti-  
 ter aggrediuntur, perseveranter in ijs progrediuntur,  
 eorundemq; tandem invena feliciter consequuntur.

Hæc,

Hæc, Sympatriotæ honorandi, præstitistis. Amor enim vester in philosophiam, laboris difficultatem superavit. Capite igitur iam virtute vestra dignos honores capite inquam, in Dei (quod ardentè voveo) gloriam, Reipub. utilitatem, atq; proprium vestrum commodum.

Hæcce ardenti pietatis affectu scripsit

Stephanus Steph. Lippius.

Nicolaus Lindormi Rector.

IONAS Lacusinius.

Per *Ἀνάστασις*.

Virtus omnis Deo cara nunc  
illis! I Clio, ornas.

**V**IRTUS CARA DEO pietas, pietatis amantes  
CHRISTUS amat cunctos, justitiæq; faveo.

Cara Deo semper divina modestia vultus

Virtutum & nutrix, aurea sobrietas.

Quid memorem multis? *OMNIS* virtutis amanti

Virtus cara placet, gloria, nomen honos,

Quidve meis dicam charis de Sympatriotis

*ILLIS*, qui capiunt, præmia larga sui

Sudoris magni Sveci virtute politi

Scendendo Cathedras ex quibus unus erit

En Rector LINDORMIADÉS, LACUSINIUS alter.

Quos ornat virtus, aurea sobrietas.

Te Lindormiades *ORNAS*, pietatis amore

Flagrans perpetuo, pervigili studio.

Et virtute simul *N* *V* *N* *C* ornas te *LACUSINI*  
 Ornas & patriam clavis honore tuam.  
*I* Lindormiades igitur nunc i Lacusini  
 Præmia jam dantur parta labora bona.  
 Vobiscum gaudent *CLIO* Clusq; sorores  
 Et reliquæ *Musa* gaudia mille ferunt  
 Exultant fidi patriotæ, patriæ gaudet  
 A Patre cœlesti singula fausta vorent.

In signum Reverentiæ & infucati amoris apposuit

*Johannes And. Sthretovius*

*N*ostrates ambo *Sveci* Patriæq; *Smoland*  
*I*nsignes virtute viri nunc omine faust  
*C*elum *parnassi* properant conscendere culme  
*O*mnigeni ut capiant sudoris præmia larg  
*L*aureolam puebram de nat delectissima *Palla*  
*A*lmaatrix *ulcus* permulcet corporis ut ne  
*U*ndiq; sic *Sophia* exhilarat quoq; doctæ per ampl  
*S*anctos cultoresq; sui; *Sacra* laurea done  
*L*ætæ datur capiti, quam *Rex* ditescere nut  
*I*psæ suo faciat caelestis prospera cuja  
*N*umine dependent magni *Rektoris* *olymp*  
*D*et *D&Eus* omnipotens ut insit nomen *Gome*  
*O*mnigena ut vivant *Patriotæ* laude corusc  
*R*erum perpetuo *Rektor* hec ubere fruct  
*M*ittat spiramen *D&Eus* optinuis hisce ministriS.

Amicis amicæ applausit.

*Andreas Jacobi Elmegreen*

Sic

**S**ic studuisse juvat, sic præmia sumere digna  
Et culmen phœbi, scandere ovante pede  
**JONA**, docte tibi meritos jam grator honores?  
Vive, vale felix, huiq; Magister ave.

Ita Clariss. DN. Convictori gratulari voluit

**Johannes H. Lilius Finl.**

---

**C**Lari doctrinâ, virtute ac arte Magistri  
**NICOLAE & JONA** fautores ritè colendi,  
Non promo fictos ex imo pectore plausus,  
Surgit honos vobis; Musæ sua munera mittunt,  
Quæ monstrant multum dilecti Sympatriotæ  
Sapius ad fanum lustratum est rite laboris,  
Jam licuit lætum sic collegisse brabeum,  
Cur precor ut clari concessum nomen honoris  
Fiat proficuum, summusq; **DEUS** celebretur,  
Vos decus eximiam, clari virtute **MAGISTRI**,  
Vivite felices numerantes Nestoris annos?

Honoris & amoris ergo subiunxit

**Josephus O. Forlosenius.**

---

**T**E Neoforsiacis schola publica tempore longo  
Cantat agris Rector, pieridumq; decu.  
Quin simul Aboice viridanti tempora Musæ  
Lauro ornant faciles, propositumq; iuvant.  
Vive p̄ys sacer auspicijs **NICOLAE** Magister  
**LINDORMI** fili, Sympatriota, **VALE!**

**Aliud.**

**C**astalides ausis succurrite, carmina **JONÆ**  
Dum fundam: tenuis fistula dulce sonet.

*Ille*

Ille decus patrijs est indelebile Musis;  
Aboice quem nunc Pieridelq; beant,  
Et merito: Coluit Musas nam sedulus almas  
Artibus ingenuis, Pansophiarq; vacans.  
Fausta precor, fautor te ludis adorea mactet:  
Et patriæ, & Domino, perplaceatq; Tibi.

Hæcce infacati amoris adiecit.

Andreas O. Gardinus Calm.

*A*Bdita qui vigilans scrutatur sensa Minerva  
Cultori reddis præmia magna suo,  
Sicq; tuum; flos pieridum, svariissime JONA  
Pro meritis Laurus cingit honore caput,  
Hoc precor, hoc voveo felici tempore cingat,  
Quò patriæ nostra commodus esse queas.  
Sic amoris & honoris Ergo fausta ominatur  
Jacobus Joh. Collinus Carckuënsis.

*T*U Lindormiades, nec non svaivis Lacusini  
Par Smolandorum eandidum & egregium,  
Felix hæc hora est, lux felicissima vobis  
Nomina nam vobis clara Sophia dabit  
Imponit capiti vestro cum laude galerum,  
Auro ornat digitos, philosophesq; vocat,  
Annus adest vestris nullo delendus ab a vo  
Mentibus ac studijs præmia magna pijs.  
Gratulor atq; precor felicia secula vobis:  
Annuat & caput lux, via, vita, salus.  
Vergat honos vester Divini in numinis amplas  
Laudes in patriæ Pieridumq; decus.

Gratulabundus applaudebat

Æschillus Svenonis Fabricius.

